



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 73. Seripandi Legati responsum, atque apologia ad hasce querelas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

§. LXXIII.

Sæcul. XVI  
A. C. 1563.

*Seripandi Legati responsum, atque  
apologia ad hæc querelas.*

Tum Seripandus Lotharingium inter-  
rumpens hæc effatus est: „certe  
non adeo mentis inops sum, ut præ-  
sumerem quidquam reverentiæ, at-  
que observantiæ tam bene merito, ac-  
pio Cæsari debitæ prætermittere, ad  
quod tum propria mea in illum pro-  
pensione, tum diserto mandato Pon-  
tificis impellor: selegi equidem quos-  
dam articulos ex eo volumine, tan-  
quam dignos, ut proponerentur, quo-  
rum aliqui fuere traditi Patribus ad  
hoc destinatis, ut ea, quæ spectabant  
ad abusus in Ordinis Sacramento, di-  
scuterent, de ceteris autem data op-  
portunitate agerent: quod vero ex  
his alii articuli fuerint prætermissi, me  
potius grates ab eo, quam reprehensionem  
reportaturum sperassem; quan-  
doquidem circa Calicis petitionem, cui  
Cæsar præprimis insistebat, experi-  
mento constabat, quantum ea offen-  
sionis Patribus inculisset, quasi hujus-  
modi postulata essent fidei injuriosa,  
ac Religioni contraria.

K 3

§. LXXIV.